

PARTIS PRIMAE,

IV. Membrum:

THEORIA ORGANICÆ SIONIAE:

*hoc est,*Contemplatio Instrumentalis Musicæ, cùm in Vete-
ris, tūni Novi Testamenti Ecclesiâ usitatæ;Ex Bibliis, Ecclesiæ Scriptoribus antiquis & recentio-
ribus, alijsq; Autoribus collecta.

I. CAPUT.

De Autoribus Musica Instrumentalis & quidem.

Sacra, carminibus Psalmorum ad cultus divinos à Regibus & po-
pulo Dei adhibitæ; itemq; de propositione & summa
bujus Theoriae.

IUBAL (Nomen יְוָבֵל quod à patre Lamech Iubali indi-
tum videtur, à יְוָבֵל Sono, clangore, buccinatione & producti-
one Iubili descendit. Est autem יְוָבֵל à verbo יְוָבֵל, quod
ducere, producere, deducere & reducere significat: Wie den
die Stimmen vnd der Klang in der Music, hoch vnd tieff/
remissè vnd submissè zugefallen pflegen: Auch die Posaunen darnach gezo-
gen werden / daher das deutsche Wort (fallen) vnd lateinisch intervallum
fömpf. Ex quo patet, & patrem Lamech, Musicum primum vel saltem Musices
baudignarum faisse.) Genes. 4, 21. memoratur primus Autor tractanti-
um Citharam, & Organum: Quibus nominibus per Synecdochen com-
prehendit Moses omnia Instrumenta Musica, tūm ψηλαφηλa, seu κρεστa,
quæ Aristoxenus apud Athenum lib. 4. Dipnosoph. ἔνταξa nominat;
tūm πνευματινa, sive ἐμπνευστa, quæ digitis ventotie moventur.

In Religionis autem exercitio publico DAVID primus consti-
tuit, Cantores Instrumentis præstò esse, ut 1. Paral. cap. 15. v. 16. annota-